

Johann Kleinschmidt

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Kleinschmid ... Ad
Exequias Quas ... Matronae, Catharinae Netlenblades, uxori charissimae, Maritus
moestißimus paratas cupit, Omnes omnium ordinum cives Academicos ... invitat
& hortatur**

Rostochii: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770494900>

Druck Freier  Zugang



Kleinschmid, J.,
in
C. Netlenblad,
uxor. R. Macke.

Rostock, 1638.

32



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770494900/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770494900/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn770494900/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770494900/phys_0003)

DFG



PROGRAMMA

128.

Quo
Rector Universitatis Rosto-
chiensis

JOHANNES KLEIN-
SCHMID, J.U.D.&P.

AD EXEQUIAS

Quas

HONESTISSIMÆ MATRONÆ,
CATHARINÆ

NETLENBLADES, uxori

charissimæ,

Mater

Maritus mæstissimus paratas cupit,

Omnes omnium ordinum cives Academicos Stu-
diosc invitat & hortatur.



ROSTOCHII.

Literis NICOLAI KILI, Acad. Typograph.

ANNO M DC XXXVIII.

634
Portunam vitream esse docet nos Mimographus: Vitam nostram vitream esse, & vitro fragiliorem hæc tempora nos docent, quorum experientia testatur, non solum omnis generis homines mori, sed & multos. Inter cœteras ordinis matronalis venit nunc censenda, pia, honesta, & proba matrona CATHARINA NETLENBLADES, quæ ex Christianis & honestis parentibus nata est Anno 1607. die 23. Maij hac in urbe. Pater ei fuit vir primarius, eruditus & probus JACOBUS NETLENBLAD, p. m. præfectus Templo S. Jacobo integrissimus, ac diligentissimus. Mater adhuc superstes foemina honestissima GERTRUD HAVEMANS. Avus paternus ei fuit Vir Honestissimus, & primarius, CASPER NETLENBLAD cerevisarius ac civis hujus Reip: Avia paterna, pia honesta, & proba foemina SARA Blif fernichts. Avus maternus Vir honestus & civis primarius VALENTIN HAVEMAN civis hujus Reip. Avia Materna, matrona pia, & honesta CATHARINA Golzowen. Ex his parentibus in hanc lucem edita CATHARINA, statim primis ab ortu diebus per lavacrum regenerationis, insita est corpori sui Redemptoris mystico, quod est Ecclesia,

645

clesia, atq; ita ex filia iræ, evasit filia gratiæ, & hæ-
res beatitudinis æternæ. Ab his initijs progres-
si parentes diligenter eam educarunt, & insti-
tuerunt, ut eas virtutes addisceret à teneris, quæ
virgini honestæ conveniunt, quæles sunt præci-
puè Pietas erga Deum, erga parentes, Obedien-
tia, Cultus pudicitia, Taciturnitas, Modestia, &
in laboribus domesticis assiduitas. His exercita
& assuefacta paulatim ad ætatem nubilem per-
venit, ac ductu providentiaæ divinæ, consilio &
autoritate parentum, suasu propinquorum, in-
venit Sponsum, à quo legitimè domum ducta
est, Anno 1628. Virum præstantissimum, & ho-
nestissimum Dn ROLOFF Macken: cum quo
vixit materfamilias, ad annos undecim, in con-
jugio placido, & per Dei benedictionem fœ-
cundo. Peperit enim Viro suo filios quatuor,
filias duas, ex quibus minor filiolarum ex hac
vita discessit, cæteri divina gratia adhuc super-
tant, & ex materno obitu, non exiguum dolo-
cem pro ætate persentisunt. Sanè temporis
exigui fuit hoc matrimonium, & non multo-
rum annorum: tamen satis amplum explican-
dis, & exercendis virtutibus, quibus à teneris
assueverat. Pietas fundamentum est omnium
virtutum, cui cæteræ innituntur, & ab ea tan-
quam bona radice succum trahunt ac duratio-

646
nem capiunt, constantiamq;; Hanc illa sedulō
exercuit, ac testata est frequenti præsentia in sa-
cris concionibus, auscultatione diligentis, Sacra-
mentorum usū, quōdies opus erat, repetito, pre-
cibus publicis, privatis, alijs exercitijs, præci-
pue ad maritum observandum, & liberosedu-
candos pertinentibus. Viderat enim id matrem
facientem, adsvererat ipsa ad obedientiam pa-
rentibus exhibendam, & alia officia piæ filiæ, pu-
dici virginis, probæ uxori convenientia. Domi
custodiam sedulo obire solita fuit ad exemplum
imaginis Apollæ. Mulierem ille sedulam, &
rei domesticæ curatricem ostensurus, mulierem
pingebat, tum coeteris dotibus ornatam, tum
testudini insistentem. Quo innuebat sapientis-
simus pictor, probæ mulieris officium esse domi-
curare, non foris otiosè obambulare, apud vi-
ciniam fabulari, non, ut Lamia quædam, ocu-
los exemptiles, & emissios capere, cum prodi-
tura sit foras, domi cœcam sedere.

Tuvalcos èst ñys èst o'w'eu' oixian,

Salvam domum prestare, matrona est proba.

autumat vetus Poëta. Id vero non præstabitis
artibus, quas multæ nunc exercent, quæ bis et avie
indigent m'ph'ras, viris esuriem adferunt. Tres recen-
set poeta id efficients, quas in hoc nostra depre-
hensionis arbitramur. Earum prima est, o'm Taciturnis.

649

turnitas, quæ ut eximum est in hoc sexu decus,
ita rarum. Cui igitur hac virtute prædita uxor
contigit, haud vulgare sibi bonum contigisse
prædicare potest. Altera εὐφεσσωη. Castitas, τὸ
εὐφεσσν καλλιστη. Castam & modestam esse
pulcherrimum est: Quæ enim quolibet coeno
vitiorum sese collutularat, etiam ἐξαθισμόν, κεκα-
πορέσσαι, κεκαλλυπομόνη, rutilans comam, crocota-
lata, vultum pigmento illita sedeat, tamen viro
bono, & prudenti placere, ac emolumento esse
non potest. Tertia est οὐσία ήσυχον μόντεν δουσι, serva-
re domi, & negotijs ad se nihil pertinentibus
non misceri: quam virtutem Apelles sua ima-
gine præcipue indicavit. Harum virtutum Stu-
diolissimam fuisse hanc nostram beatè defun-
ctam, testes sunt familiares, & alij quibus nota
fuit: Et sane si diuturniorem ei vitam Deus
concessisset, alijs etiam explicandis & exercen-
dis occasionem nacta fuisset, neq; eam sine usu
& fructu facile dimisisset. Verum ea nimis cito
præcisa est. Licet enim & maritus, & ceteris
propinquis ex animo optassent, ut beneficio Dei
omnipotentissimi, hæc beatè mortua foemina
dilectissimi conjugis desiderio, & voto, etiam
diutius superesse, & communis liberos, in ad-
modum tenera adhuc ætate, & opis maternæ
indiga, constitutos, conjunctis omnium diligentias.

646
mariti viribus, curare potuisset, tamen Deo sa-
pientissimo, omnium rerum arbitro, visum hoc
est satius, & consultius, quod factum cum dolo-
re intuemur. Cum enim die 22. Martij jam clapsi,
die Jovis, qui Paschatis festum antecedit, mor-
bo tentari cepisset, minus gravis ille primo visus
est, & colicæ passioni haud absimilis; verum in-
dies majora incrementa, cum sumere videretur,
& hæc illa sentiret, vehementer desideravit ex-
agere, quæ ad animæ procurationem facerent,
& propitiam Dei gratiam provocarent. Usa
igitur officio Reverendi Dn. Pastoris M. C H R I-
STIANI M I C H A E L I S, viatico ad iter in vitam
æternam instructa, & corpore, ac sanguine Ser-
vatoris nostri Dn. Iesu Christi recreata, vo-
luntati divinæ se obsequenter subjecit, & ma-
gna cum patientia, vitæ finem imminentem ex-
spectavit. Biduò postquam usâ fuerat coena do-
minica, die videlicet Mercurij, quæ est 4. hujus
mensis Aprilis, circa duodecimam meridianam
asscuta est, itineris, quod ante annos triginta
unum ingressa fuerat, terminum, & placido, ac
tranquillo obitu, ex hac ærumnosa dolorum ac
lacrumarum valle ad æternam vitam, ac læti-
tiam transmigravit. Reliquit equidem in hoc
mundo res carissimas, maritum, liberos, matrem
annis, & senio confeclam, alios propinquos, sed
in

in redemptore suo, omnia abunde recuperavit.
Quod enim Ethnica mulier apud poetam di-
xisse singitur marito

— — — Απέρ οὐ μια τοι τηρη, ἢγε πότνια μήτηρ,
Ηδὲ νοσίγνητος, οὐ δέ μοι θαλεῖς ωδοχότης
— — — Tu mihi iam pater es venerandus, mater
Tu frater mihi carus, & ipso in flore maritus;

Id hæc nostra, imo quælibet fidelis, & beata ani-
ma, ad Redemptorem suum dicere poterit, & si-
ne repulsa ac periculo invenire. Is pastorem se
professus, non mercenarium fugientem, atq;
oviculas in lupi faucibus ac dentibus deseren-
tem, sed bonum illum, & fidelem, qui se lupo
venienti opponit, etiam cum vita suæ periculo,
nec sibi parcit, dummodo oves, quas à Deo pa-
tre sibi datas habet, servet incolumes, in nume-
rato eas habeat, custodiatq;. Quis tantam sibi
arrogabit potentiam, tantas vires, ut eas de ma-
nibus hujus pastoris eripere audeat? Inter eas,
cum hæc quoq; pie defuncta referenda sit, quip-
pe per lavacrum regenerationis in ovile recepta,
insignis nota Christi, cognita ab eo, cuius vo-
cem cognitam habuit, eundemq; secuta, quis
dubio sit relictus locus, quin suaviter, in ejus
humeris acquiescat, & per eum immortalis vita
æterno pabulo nutriatur. Hæc & alia marito
mœstissimo, in mentem haud dubiè vennent,
neq; dilectissimæ uxori in illa tanti pastoris cu-

Rodius

flodia, ac tutela cōstitutæ, suam sortem invidebit, immoderato dolori non indulget, liberis carissimis, matris dilectissimæ desiderio dolentibus, non patrem solum, sed matrem quoq; præstabit, ut olim ab ijs geminatum hunc laborem agnoscētibus, geminatum amorem, & gratiarum actionem reportet. Quæ ad hanc rem plura dici deberent, partim ab alijs suggerentur, partim ipse pro sua sibi suggeret prudentia, & voluntatem summi patris æquo animo acceptam, Christiana fortitudine, ac patientia feret. Deus ille qui vulnerat, & sanat, huic quoq; vulneri Medicinam inventam applicabit, & Spiritum efficacissimæ consolationis, omnibus largietur, qui hoc casu, in moerore, luctu, & lacrymis versantur. Nostræ officij quoq; fuerit, Cives Academici, præsentia, & frequentia nostra, hujus pietæ & honestæ foeminæ corpus, ad locum suæ quietis deducere, & funus comitari. Erit hoc nobis honorificum, & laudem humanitatis, Christianæq; condolentiaz præsentibus pariet. Mortalitatiseadem opera nostræ memoria refricabitur, & salus Provinciæ, Academiæ civitatis Deo, commendabitur. Fiet Conven-

tus in æde S. Jacobi hora med. I, pomeridiana, P.P. Rostochij die 9. April. 1638. Sub
Sigillo Rectoratus.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770494900/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770494900/phys_0013)


DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770494900/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770494900/phys_0015)

DFG



turnitas, quæ ut eximum est in ho-
ita rarum. Cui igitur hac virtute
contigit, haud vulgare sibi bonu-
prædicare potest. Altera σωφροσύνη.
σωφρενή καλλιστή ait ille. Castam & m-
pulcherrimum est: Quæ enim qu-
vitorum sese collutulat, etiam εξα-
πορθεται, κεκαλυπτομένη, rutilans coma
lata, vultum pigmento illita sedeat
bono, & prudenti placere, ac emol-
non potest. Tertia est εὐωνυμία πληγε-
re domi, & negotijs ad se nihil po-
non misceri: quam virtutem Ape-
gine præcipue indicavit. Harum v-
diosissimam fuisse hanc nostram b-
eam, testes sunt familiares, & alij
fuit: Et sane si diuturniorem ei
concessisset, alijs etiam explicandi
dis occasionem nacta fuisset, neq;
& fructu facile dimisisset. Verum
præcisa est. Licet enim & mariti
propinqui ex animo optassent, ut be-
omnipotentissimi, hæc beatè mor-
dilectissimi conjugis desiderio, &
diutius superesse, & communies lib-
modum tenera adhuc ætate, & op-
indiga, constitutos, cunjunctisou-

A 3

